



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Capvt. VI.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

1 *Vide rem miram pro Altarium consecratione, & modo ea antiquis quoque Patribus fuit in vfu.*

*Relatio Abbatis Polichronij de tribus monachis,*

C A P V T. V.

**A**BBAS Polichronius eiusdē nouæ Lauræ præbyter, narrauit mihi, dicens: Cū sedere abbas quando in monasterio Turrium Iordanis, tunc illic ex fratribus animaduerti sui ipsius negligentem, & nunquam sanctæ diei Dominicæ Canonem implentem; post modicum verò temporis eundem aspexi cum omni studio, & alacritate se exercentem. Tunc ego dixi ei: Nunc optime facis, curam tui gerens, frater. Qui ait mihi: Domine pater, modo moriturus sum. Et post dies tres mortuus est.

**V R S V** S idem Abbas Polichronius narrauit mihi dicens: Cū in eodem monasterio defunctus esset quispiam frater, dixit mihi dispensator: Fac charitatem, & veni, vt fratris vasa in locum dispensationis deferamus. Cū ergo ferre cœpissēmus, aspicio dispensatorem stertentem cui dixi Quid, quæso, ita ploras, Abbas? Qui inquit, ille, hodie fratris vasa fero, & post dies tres alij portabant mea. Tertiaque die requieuit frater ille, sicut prædixerat.

1 *Ecce diem Dominicum sanctum, qui etiam apud antiquos Patres obseruabatur.*

C A P V T. VI.

**I**D E M etiam Abbas hoc narrauit, quod cū esset in monasterio Abbatis Constantini Ducis Monasterij sanctæ Mariæ Dei genetricis, quæ Noua dicitur, audiuit quendam fratrem in Aemodochio Hiericuntino requieuisse quē cū accepissent fratres, vt ferrent ad monasteriū Turrium, & sepelirent, ex quo iter agere cū corpore cœperunt, nulla

Stella supra defuncti caput quasi 2 comes itineris  
apparere nō destitit, donec ipsū sepulture traderēt  
2 Hec miracula, quæ post Sanctorum obitus contingūt,  
sanctitati vitæ eorum testimonium ferunt.]

*Vita & mors cuiusdam senis, qui recusavit Abbas  
fieri in monasterio Turrium,*

## CAPVT. VII.

**A**LIVS quidam senex sedebat in eodem mo-  
nasterio Turrium. Patres igitur eiusdē mo-  
nasterij ipsum, vt magnum, & virtutib⁹ cla-  
rum, voluerunt sibi constituere Abbatem. Senex  
verò orabat dicens: Ignoscite mihi, Patres, & per-  
mittite me flere peccata mea. Ego enim talis me-  
riti non sum, vt possim animarum curam gerere.  
Negocium istud magnorum, & excellentium pa-  
trum est, Antonij, Pachomij, sanctique Theodori.  
Cum verò fratres illi non acquiescerent, ipsumq;  
diebus singulis orarent, vides se ab eis nimium vr-  
geri, dixit eis: Permittite me tribus diebus orare,  
& quicquid me Deus facere iusserit, faciam. Erat  
autem Parasceue dies, Dominica verò die manè  
requieuit.

*Vita abbatis Myrogenis hydropici.*

## CAPVT. VIII.

**S**ENEX quidam erat in eodem monasterio  
Turriū, Myrogenes nomine, qui ob nimiam  
saustilitatem vitæ hydropi us effectus fuerat.  
Dicebat autem iugiter his senibus, qui ad eum  
conueniebant visitandi gratia: Orate pro me, Pa-  
tres, ne interior homo hydropicus fiat. Ego e-  
nim, vt in hac infirmitate diutius durem, Deum  
oro.

De